

ymaginetur ens successivum. Unde in Ysaia dicitur, "erit lux lune sicut lux
solis, et lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum," quia videlicet
30 lux unius diei septempliciter intensa equalis est luci que per septem dierum
spatium extenderetur.

[III.vii] Capitulum 7^m de mensura qualitatum et velocitatum
difformium

Omnis qualitas, si fuerit uniformiter difformis, ipsa est tanta quanta
foret qualitas eiusdem subiecti vel equalis uniformis secundum gradum
5 puncti medii eiusdem subiecti; et hoc intelligo si qualitas fuerit linearis. Et
si fuerit superficialis, secundum gradum lineae medie; si vero fuerit corporalis,
secundum gradum medie superficiei, semper conformiter intelligendo.
Istud ostenditur primo de lineari. Sit igitur una qualitas ymaginabilis per
triangulum ABC que est uniformiter difformis terminata ad non gradum in
10 puncto B [Fig. 21(a)]; et sit D punctus medius lineae subiective, cuius quidem
puncti gradus vel intensio ymaginatur per lineam DE . Igitur qualitas que es-
set uniformis per totum subiectum secundum gradum DE ymaginabilis est
per quadrangulum $AFGB$, ut patet per 10^m capitulum prime partis. Constat
autem per 26^{am} primi Euclidis quod duo parvi trianguli EFC et EGB sunt

28 ens $B[VAFMPC]$ esse $L[SG]$ esse ens
[N]

29-30 videlicet lux *tr.* L lux [N]

31 extenditur $L[S]$

III.vii: BL

3-4 ipsa...uniformis *om.* [FMP]

5 si...linearis: qualitate lineari B

7 medie superficiei *tr.* $L[NS]$ superficiei [V]
/ semper: secundum hoc L

8 ostenditur primo *tr.* $L[G]$ ostenditur
[FMPC]

11-12 esset $B[VASG]$ est $L[NFMPC]$

13-14 Constat autem $B[VSG]$ constatque
 $L[N]$ constat et [FMPC]

14 EFC: EFG $B[V]$